



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Bona Virgo. 24. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

P.R.
in-
ore
ra-
pla-
um
ini-
ia,
mi-
cata
uo-
Post
n è
xit.
III.

X.C.
ssi-
em
itis
is,
in
m-
us,
im
cu-
nu-
ut
cal-
ior
tes
al-

24. A P R. *Vite Sanctorum.* 229
calceos indutus, nempe ad Olympicam coronam cūcurrit. Cæsus iterum immaniter, ac alapis contusus, in ruborem languoremque ipsos carnifices dedit, & testem fidei suæ mortuum è tumulo produxit. Tandem post tot egre-
gię pugnatas pugnas, coronatum pridie in carcere ab ipsomet Imperatore CHRISTO, caput iterum coronandum securi subdidit; cùm prius ad ejus imperium corruissent omnia Numinum simulachra, & cacodæmones se esse, non Deos, ultro edixissent, verissimo omnium, quod unquam dederunt, ora-
culo. *Ex Metaphr.*

S. BONA VIRGO. 24. Aprilis.

A Ge virgo anime. hæ tibi leges fe-
runtur. Lecto pudico cubato. Vestis
cilicum esto. Ut latrones domesticos
effugias, pudorem peregrè ad Divūm
templa circumferto. Nempe duras, ais,
& verè æreas leges fixisti. Quid vis di-
cam? Tu non potes quod isti & istæ?
addo quod virgincula BONA potuit,
cui vix septenni has leges ipse summus
Legislator Christus tulit, annuente &
probante virgine animo. quid? quod
ultro non lecto sed stramine involvit
pudorem, si non tam molliter certe se-
curius dormiturum? quod non semel
sed decies ex Italiâ ad S. Iacobi sepul-
chrum in Galæciam abiit? quod tres

P 3

omni-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnibus septimanis dies non nisi pane
& aquâ traduxit, & reliquis, quibus
opiparè vixit, leguminibus vixit, etiam
tunc, cùm ab Hierosolymitano itinere
& lôgâ Saracenorum captivitate redux
continuâ febri laboravit? Superi! quis
nostrûm ægro corpusculo facit tam æ-
grè? Nimirum Virgo facit, ut periclit-
tanti pudicitiae medicinam faciat. Et
arrisit his studiis Christus ipse, qui Je-
rosolymæ ad sepulchrum suum orantis
BONÆ capiti ter manum suam impo-
suuit, & post quadragintadiale jejunium
traductum, in eâdem eremo à Virgine,
in quâ ipse traduxerat olim, annulo si-
bi visendus despousavit, multisq; aliis
miraculis ornavit. Ultimò è vitâ BONA
inter risum cantusque abiit. Quid mi-
raris lector? dum vixit, flevit. Ex Bzo-
vio 13. tom. ann. Eccl.

S. MARCVS EV. 25. Aprilis.

MARCVS ut primùm res Christi
M̄gestas litteris consignavit, à Petro
Alexandriam legatus est: cum ipso etiā
Evangelium in urbem penetravit.
Cùm enim sub portâ Anianus cerdo
detritas Apostoli soleas reficeret, subu-
lâque in lœvam exerrante, Deum, ut fit
in adversis, inclamaret, MARCVS vul-
nери remedium fecit, & Anianum ma-
gno operæ pretio ad Christi Religio-
nem traduxit. Sed cùm ob quotidiana
fidei